Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26458
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Secundum Lucam.

Cum turbe irruerent in ihsum ut audirent uerbum dei. et ipse stabat secus stagnum genesareth. et uidit duas naues stantes secus stagnum. Lect.

Dominica Pentecostes

Lita quemadmodum ordine dominicae festiuitatum quinta describitur. quinte illi diei in formatione mundi adscribitur. de qua sic in genesi scribitur. Dixit autem deus. Producat aquae reptile animae uiuentis. Et uolatile super terram sub firmamento celi. Aquae enim reptile animae uiuentis producunt. cum septuaginta uetus ac noui testamenti. uitale allegorice. ut moralitatis sensum de se emittunt. Uolatile super terram producit. cum litera uetus testamenti pennis allegorie ut moralitatis ad alta subuehitur: Huic quinte diei formationi. presens lectio sancti euangelii congruit. quod dominum xpm secus stagnum uersari describit. Turbae enim in ihsum irruunt. cum sensus intuiores ut ex tuiores. timoris ut amoris diuini spiritus multitudo. ac proinde salubri istica turbatur. tota cordis intentione. Et corporis deuotione xpi redemptoris gratiam